

opportuna, propter periculum, in quo vel Dictator erat, ne opprimeretur à populo in seditione; ut alter è Consulibus è populo eligeretur. Refert totum articulum Plutarc. in *Camillo*, inquit: *Populus contra legem & senatus voluntatem contendebar, ut alter Cos. plebejus crearetur. Camillus incertus quid ageret; magistratum quidem se non abdicavit, sed ijs qui consilio aderant secum acceptis, ad senatum perrexit. At primum in Curiam intraret, obversus ad Capitolium, Deos precatus est, ut quam optimum finem huic rei imponerent, vovisque sedata seditione, templum se Concordiae dedicaturum. In senatu cum res magna sententiarum diversitate, gravique certamine ageretur; vicit tamen mollior, quae plebi concessit, ut comitijs Consularibus alter Cos. ex plebe crearetur. Hanc senatus sententiam Camillus populo annuntiavit: tum confestim plebs delectata, quod rem tenuisset; cum Patribus in gratiam rediit, Dictatoremque cum applausu & letis acclamationibus domum deduxit. Postridie concione habitata, scitum est, ut templum Concordia in rei memoriam ad forum & Comitium spectans, edificaretur: & ad Latinarum Feriarum triduum eodem edicto quatuor adderetur dies. Liqueat, quam dedicavit Tiberius, constitutam à Livia, aliam esse aedem, à Camillo erectam. Gyrard. *Synagm.* 1. n. 43. qui addit, Concordia fanum extructum à Flavio, factorum Romanorum compilatore, dedicatum ann. 304. post Capitolinam; non aliud esse, quam quod Camillus voverat, cui in pulchritudinem imposuit statum Concordia aream. Astrunt Vives, d. & Rosin. 2. cap. 18.*

Seditio pro uno Cos. ex plebe.

Dies additus Ferijs Latinis.

Statua Concordia areae.

Imago.

Petr. Bargeus.

Donaria, & temp. ornata.

Elephantes è vitro Obsidiano.

11 Imago ejus erat foeminae pulchrae, affabrae venustatis egregie dispositae, donis Deorum ornatae, specioso colore, cunctis numeris absolutae, gratijs decorae, & Numinum benignitate in terras delapsae. Aristid. *Orat.* pro Rhodiens. Victima sine sanguine. *Pace frui. Martem cogere sola potest. Namque ille aeterno devictus vulnere amoris. Plura, 11. Februar. à n. 3. Hic, à quocunque placuerit, dicatam fuisse Concordiae aedem; deposita magnifice opulenta donaria, queis ornaretur fanum. Vidimus & solidas imagines D. Augusti, capiti materia hujus crassitudinis: dicavitque ipse pro miraculo in templo Concordia Obsidiano quatuor Elephantos. In genere viri Obsidiana numerantur, ad similitudinem lapidis, quem in Aethiopia invenit Obsidius, nigerrimi coloris, aliquando & translucidi, crassiore visu, atque in speculis parietum pro imagine umbras redeunte: gemmas multi ex*

eo faciunt. Idem Constant. in *Ovid.* d. qui etiam signat Latonam puerperam sustinentem Apollinem & Dianam cum Libero-Patre. Fuit etiam gemma Sardonyx, Augustae dono, cornu aureo inclusa, quam fuisse dicebant annuli, quem à Polycrate tyranno in mare dejectum, piscis culinæ domini reddidit. De hujus signo felicitatis, Plin. 37. cap. 1. *Sardonychem eam gemmam fuisse, constat. Ostenduntque Romæ in Concordia delubro. Zetzes, Chil. 7. Histor. 123. Solin. cap. 36. & Maluend. 7. de Anti-Christ. cap. 22. Etiam ibi imago Cassandreae collocata. Plin. 35. cap. 11. Etiam Aesculapij & Hygiae: Cereris, Jovis & Minervae & matronarum adorantium & stentium. Marliani. cap. 20. & 160. ac in *Epitom.* lib. 2. cap. 11. In Concordia aede frequenter Senatus & conciones habebantur. Idem ibid. Tandem templum exustum. Porcius extant adhuc ad radices Capitolij octo columna, cum inscriptione: S. P. Q. R. incendio consumptum restituit. Ibid.*

Sardonyx annuli Polycratis.

Imago Cassandreae.

Exustum templum, & restitutum.

M. Curtij devotio.

Symbolum Concordiae.

Ritus foederis inter Arabes.

Inter Scythas.

Inter Medos.

Lucan.

Ostavius apud Augustus.

12 Ab hac aede Concordia M. Curtius (de quo 3. Jun.) equo concitato in profundissimum hiatus se praecipitem dedit. Varro, 3. de *Ling. Lat. & Anton.* Constant. d. Symbolum Concordia, uti fuisse dicemus, 11. *Februar. n. 4.* erant duae dextrae conjunctae cum lemmate: *Unum eor: mutua fides.* Chartar. de *Imagin.* fol. 213. Antiquus mos inter Arabes pro fide praestanda in concordiam. Contrahentes, percussa utriusque palma, in sanguine tingebant primores digitos: deinde sumebant villum parvum de utriusque vestimento, quod illo sanguine conspergebatur, positis septem lapidibus pro testibus, invocabant etiam in testes Dionysium & Uraniam. Ludov. Gotofred. in *Arabia descriptione.* Joann. Cotovic. & Christophor. Richer. de *Urbib. Oriental.* Pier. Valer. 35. cap. 25. Herodot. 3. n. 2. Solemne etiam Scythis, de quibus Solin. cap. 20. *Hu-*

13 Hoc tecum percussum est sanguine foedus: Accipe regna Phari, nullo quaesita cruore. Hoc die, non tertiadecima, Octavium appellatum Augustum, alicui Briet. *quasi.* 19.

in *Prolegom. ad Chronolog.* Vide diem sequentem. 13.

13 Die 16. Mordad-mach, apud Atheniens. Gamelionis, Polycrates ab Orente Persa actus est in crucem. *K. Graec.* Eo devenit summa felicitas, indicata in annulo, de quo supr. n. 11. Fortuna quos arctius complectitur, ludens stringendo suffocat. In obsequijs usa insidijs. Tencilulo avaritiae captus est, credens aurum esse, quod debuit judicare ad capturam tantum vitium. Decrevit ire ad Orontem: Enimvero ne illic sese conferret magnopere dehortabantur tum oracula & amici, tum praecipue somnium, quod ejus filia viderat. Videbatur sibi, cernere patrem in aere sublimem esse, qui à Jove quidem laevaretur, à Sole autem inungeretur. Hanc visionem conspicata, instabat omnino dissuadere patri ne à patria proficisceretur ad Orontem. Monitus etiam fuit ab Amasi Aegypti Rege, cum quo jus habebat hospitij, quod caveret à tanta prosperitate: equidem sibi videbatur impossibile; quod pace moreretur, qui fortunam bonam semper expertus, uti patebat, invento annulo, in mare projecto: quapropter sese separabat à jure hospitij; ne haberet in amico de quo doleret; ut factum est, dum cruci affixus Polycrates. *Hunc exitum habuerunt tot prospera res, quae vaticinatus erat Amasis Rex Aegypti: ait Herodot. 3. n. 41. qui totam refert historiam à n. 14. Briet. Ann. V. C. 222. & 232. Nonnius in Graec. Goltz. Tabul. 16. Asia Minor.* Illo enim tempore Pythagoras qui natali suo Samum illustraverat, Polycratis exofus tyrannidem, Italian venit, ad Jun. Brutum jam Consulem, exactis Regibus. Polycratis fortunae sollicitant plerique votum, sed eundem inveniunt exitum. Hæchtan. *Emblem.* 65. in *Microcosm.*

Polycrates actus in crucem.

Filia ejus somnium.

Annulus Polycratis.

Consilium ei ab Amasi.

Pythagore advenit in Italiam.

Hæchtan.

Nicostratus statua.

Promachia.

coronabantur. Respubl. Lacon. & Athen. 15. n. 175. Hoc festum erat lucta coram statua Promachi ad locum vocatum Glyceas. *Priscum ibi gymnasium (subdit Pausan. cap. 235.) ubi se ephebi exercent: neque verò ad rempublicam quisquam admittitur, nisi ante puberum exercitationes obierit. Hoc in gymnasio posita statua est Promacho, una ex Olympicis, tribus ab Isthmicis, duabus ex Nemeis ludis de pancratio palmarum reportatis. Unam ei sui civis ex ere Olympia, alteram ex marmore, in gymnasio statuam dedicaverunt.*

15 Hoc etiam die, Geritij 16. Amphipoli, ubi florebat Philippus Amyntae, apparuit horribilis cometes (cujus meminit Aristoteles, 1. *Meteor.* cap. 7.) Callisth. de *Rebus Alexandr.* Judicatum mortis Philippi prognosticum. Mortem securam nonnulli autumant; sed falluntur, uti videbimus, 12. Jul. Alexandri hujus filij signatur expeditio in Judaeam, post decem dies à Tyro capta. Difficilis videtur computatio. Quid gestum postquam Jeroisolyamam pervenit, dicemus die 20. à n. 5.

16 Inter Indos cultus Deus Manarcorvil, de quo 26. *Februar. n. 13.* fitque hujus idoli memoria in *Liver. adificiorum.* Tom. 9. Quoniam Rex Tanjour diu reuuit in templum ire, quò quotannis sacrificulis munera generose distribuebat, ab illis fictum Dei simulacrum quotidie plorare, quasi prognosticum infortunij vel exterminij regni. Fama crevit eundo: Rexque ductus gemitibus populorum & lachrymis (has excitantibus, quas fundebat idolum) creverit in fanum affluens cum donis ire, quo quidem ingrediente lachrymae idoli suspense, & statua ex loco mota, quasi concessa venia. Rex credidit prodigium, in plebe excitans uti novum singularissimum plausum. Aulicus qui cum illo erat, diffidit, Regem de errore monuit, mendaciumque fracto capite simulacri inveniit, explorans unde illius lachrymae. Fece-rant ergo sacrificuli secretò tubum ex plumbo haud facilem visu, in cuius cavitate erat spongia aqua ebria, ex qua sensum manabat in oculos, è quibus tanquam lachrymae effluebat. Ita Bouchet, d. & novissime Manner, in *Antitheatr.* Excurs. 4.

Promachi gymnasium.

Cometes horribilis.

Alexander pergit Jeroisolyamam.

Manarcorvil Deus.

DIES XVII. JANUAR.

17 Rad. 27. Solis in Crapicornio. Si invenitur in horoscopo, natus, imbecillis, sine virtute. Firmic. *Umbilicus Andromeda manè oritur.* Junctin. A. K. M. 2. Apud

XVI. K.

Apud Plin. Sol in Aquario. Fidicula occide-
re incipit maturo. Vencorum concursus. Pto-
lom. Cancer desinit occidere. Columel. Vir
in gramine jacens. Sphaer. Arab. Juxta Tor-
niell. ann. 1656. n. 23. Hodie ex diluvio
apparuerunt cacumina montium; quippe
numerat diem non à principio anni, sed à
principio diluvij. Ex hoc errore, errores
sequitur. Vid. 1. Decembr. 2. Est computa-
tio voluntaria, sicut aliorum, de quibus
die 20. n. 2. & 20. Jul. n. 1. Ab hinc ann.
604. Liæ & Rachelis ortus. R. Abrah. in
Cabala histor. Gemellæ fuere. Seder-Olam,
cap. 2. Eodem die nata est Bala, filia
Rethæi, fratris Deboræ, nutricis Rebeckæ,
qui erat de genere Abraham. Ita in Testam.
Nephræi, cap. 8. Fœmina fuit pulcherri-
ma: non cooperata incestui Ruben: ipse
in Testam. cap. 1. dixit: *facebat ebria, & operan-*
sum Ruben. egressus sum malum, ac delinquens eam dormientem,
egressus sum, confestimque Angelus Dei revelavit
pari meo, cum esset cum Isaac. Ann. 2. ab
egressu ex Ægypto perfectum candelabrum
aureum Sanctuarij per Beseleel & Ooliab (de
quo ejusque forma, Exod. 25. 31. & 37. 17.)
qui quolibet mallei ictu imprimebant in illo
cordis figuram, expressiorem in superficie,
rutilante impressis vividè cordibus. Rab.
Abrah. Histor. Cabal. alijque Rabbini.

Lia, Ra bel
& Bala eo-
dem die na-
scuntur.

Non cogno-
vit ince-
stum Ruben.

Perfici-
tur Cande-
labrum Sanc-
tuarij.

2. Hac etiam die post debellationem
totius Israël advertus Benjamin, monitum-
que de coclo à Michaële Archangelo in
Galgalis, cum propenii in Idola, Baalim &
Astaroth adorarent filij Israël, & propter
hujusmodi infidelitatem cecidissent in ty-
rannidem Regis Metopotamiæ (uti dice-
mus, 12. Jul. n. 3.) que utque in octonum
duravit; consilium quærentes, comitia de-
creverunt in Bethel, sub quercu fletus (ubi
sepulta Debora, nutrix Rebeckæ) alio no-
mine dicitur *Quercus Sichem*, ut ait Adri-
chomius in Ephraim, n. 78. & 92. & in Ben-
jamin, n. 99. Locus nobilitatus & præfa-
to funere, & sepulturâ, seu suffossione ido-
lorum familiæ Jacob, & lapide prægrandi
tempore Josue in testimonium fœderis Is-
raël cum Deo; ut videri licet, 7. April. n. 3.
10. n. 4. & 16. Maij, n. 2. Post Sichem dic-
ta Neapolis, in cujus suburbano prope sepul-
chrum Joseph, etiam posterioribus tempo-
ribus *Quercus fletus*; ait Hieronym. in Loc.
Hebraic. v. Balanus. Alij locum signant jux-
ta Galgala; quem nescio, nisi forte *Areab-*
ahad, aliter *Behagla*, de qua Saligniac. lib. 9.
cap. 5. & Adrichom. in Benjam. n. 33. ubi,
uti dicitur Genes. 50. à v. 10. propter fle-
rum in funere Jacob, situs dicitur *Planctus*
Ægypti. Alapide hic placet, locum flentium

Quercus
Sichem vel
Bethel, &
quercus fle-
tus.

Sichem ci-
vitas.

Ubi locus
flentium?

esse juxta Jerusalem, ultra vallem Raphaim,
quò David vicit Philisthæos: ibi enim erat
Silva fletus, ait Joseph. lib. 7. cap. 4. Idem
Septuagint. ad illud 2. Reg. 5. 23. *Ex ad-*
verso pyrorum; legunt: *A silva fletus*. Causam
inveni apud Hieronym. in Tradit. Hebraic.
1. Paralip. 14. *Ex adverso flentium*. Tradunt
Philisthæos idolum habuisse, cui in lacrymis ho-
minum sacrificium parabatur. Hinc ergo more
suo lacrymis sacrificabant. Alij denique lo-
cum flentium dicunt Sanctuarium Silo,
ubi tunc erat Arca, & confluebant, ut
Dominus propter lacrymas propitiaretur
peccatis eorum, ob quorum malitiam vive-
bant arcè ac vehementer oppressi sub Chu-
san-rafathaim; uti dicemus 12. Jul. n. 3. cit.
In loco ergo flentium, quocunque sit, stetit
Michaël, populumque acriter arguit de
perfidia & ingratitude in malum ipsius, uti
experiebantur: potissimèque de inobedien-
tia, cum pacti fuerint cum delendis de ter-
ra Chananæ; & accesserint ad simulacro-
rum aras, quas subvertere jussert Dominus.
Pungente conscientia, dolor expressus
cunctorum per oculos, liquefacto in fle-
tum corde. Disparuit Angelus, qui per alias
civitates pervolavit, juxta Septuaginta, &
Serar. hic in Commentar. Tunc filij Israël hos-
tias Domino immolarunt, & peccata ex to-
to corde fleverunt. Deus ergo cum mini-
mè despiciat cor contritum & humiliatum,
decrevit mittere Salvatorem in auxilium.
Vid. 8. Maij, n. 5.

Idolum cui
sacrificium
lacrymæ.

Michaël in
loco flen-
tium appa-
ret.

3. Anno 3. Regni, ut placet Brietio, sed
4. ut arridet Abulenti, in 3. Reg. 3. quasi. 5.
Salomon confirmatus in regno, interfectis
perduellionibus, & institutis ministris ac
præfectis in regimen Reipublicæ, tam poli-
ticæ, quàm Ecclesiasticæ; invitatus à Sadoe,
sacerdote summo in Gabaon, quod Excel-
sum maximum dicitur, quia ibi erat Taber-
naculum Moylis (non in Hebron, ut dicit
Joseph. 8. Antiq. cap. 2.) & mille victimis in
holocaustum coelesti Numini oblatis, læte
quievit, ac in somno illa nocte se conspi-
ciendum præbuit, jubens eum postulare,
quicquid bonorum pro hac pietate rependi
sibi cuperet. Omisissis ille divitijs, & bellicâ
laude, unam petijt sapientiam, quam & ob-
tinuit, & simul cetera, quæ præ illa glorio-
sè abduxerat. Omnes scientias dono adep-
tus est. Sapient. 7. 17. & Rabbini. apud Hie-
ronym. in Tradition. Mira hic ingerunt He-
brei. Rab. Salomon ait; datam sibi cogno-
visse sapientiam, illicò ut evigilavit, quia
intellexit garritus avium, latratus canum,
& aliorum animalium multiplices sonos, &c.
Vid. Abulenti. hic, quasi. 11. De hujusmodi fu-

Vadit Salo-
mon in Ga-
baon, ubi
Excelsum
maximum.

Optat scien-
tiam, & à
Numine ab-
tinet.

furore & gloriatione inter Ethnicos sæpe
diximus in Tautologijs. Vide Æschyl. in Pro-
met. à v. 478. De Orpheo apud Natal.
Comit. 7. Mytholog. cap. 14. De Apollonio
Tianæo, apud I hiostrat. lib. 4. in eo, à cap.
1. Præ omnibus Mahometes in Alcorano,
cap. 120. astruit, garritus avium intellexisse
suis cum exercitibus demonum, & perve-
nisse ad locum fornicarum, avibus glorifi-
cantibus eum. Adi Ludovic. Marraccium
in Alcorani refutat. & Serar. in 3. Reg. 3. q. 2.
Qua scientia potitus, diximus Tom. 5. T. 9.
n. 18. Encyclopædiæ gyrum comprehendisse
probat fusè Budaus, lib. 5. de Aste. An au-
tem pro scientia dormiens orasset; disputa-
vimus Tom. 7. T. 2. n. 23. & 26. Alia 17. Au-
gust. n. 2. Scientiam mirabilem cœlestis obti-
nuit & accepisse cognovit; patuitque in ju-
dicio meretricum, de quo die 29. n. 3.

Alexan-
der Ba. a,
quis?

4. Anno quinto post victoriam Jo-
nathæ de Bacchide, uti observat Torniel.
Ann. 3902. n. 1. & dicemus, 15. Mart. à num. 7.
Regibus à duobus Syriæ sollicitatur in ami-
citiâ, contententibus anxie factionem
eum allicere. Totum emanavit ex embo-
lio extructo à Ptolemæo Philometore, &
alijs Regibus, in odium Demetrii Soteris,
prius consulto Senatu Romano veterato-
riè ingenio Argolico, quo texta est De-
metrio tela, quam dissuere non valuit. Ma-
jè audiebat inter Romanos coram quibus
tunc expositi ut pupilli duo filij sicutij An-
tiochi Epiphanijs, Alexander, qui post ita-
ctus est Bala, & soror ejus Laodice. Ita
composita Fabula. Ptolemæus subornat quen-
dam sortis extrema juvenem. (ait Justin. Hi-
stor. lib. 35.) qui Syria regnum velut pater-
num armis repeteret: & nequid contumelia de-
esset, nomen ei Alexandri inditur; genitusque
ab Antiocho Rege dicitur. Igitur Alexander ad-
mirabili rerum varietate, pristinarum sordium
oblitus, totius ferme Orientis viribus succin-
ctus, bellum Demetrio infert. Eadem ferè Ap-
pian. de Bello Syriac. dum scribit: *Quidam*
Alexander falsè in Seleucidarum gentem se in-
gerens, quem Ptolemæus Ægypti Rex fovebat,
&c. Scriptura dum eum dicit Antiochi
filium, 1. Machab. 10. 1. loquitur juxta
communem vulgarem opinionem, quæ
tunc vigeat.

Regnat in
Syria.

chide, perpersi fuerant, ne post rivalem pro-
penderent; per contraria voluit allicere,
scribens Jonathæ, postè exercitum regie
congregare, fabricare arma, recipere obli-
des, simulque titulo Socij Regis decoravit.
Rauclin. ex loc. cit. à 3. Acceptis episto-
lis, Jonathas venit de Machmas (in tribu
Ephraim, ut notat Adrichom. n. 66.) ubi ju-
dicabat populum, in Jerosolyman, & epi-
stolas legit; quo fugerunt prædijarij, red-
ditis oblidibus, & ipse ædificavit diruta ci-
vitatibus, & munire cepit montem Sion. Ibid.
à v. 7. Petr. Comest. hic cap. 10. Adrichom.
Ann. 3805. & Joseph. d. cap. 4.

Privile-
gia Jonathæ
concessa
à Demetrio Sote-
re.

6. Cuncta sanè disposita in Jonathæ
exaltationem: etenim Alexander sciens illum
inimicum esse Demetrii, vexationibus fa-
ctis toties per Bacchidem; summis affecit
honoribus, missâ illi purpurâ & coronâ au-
reâ, addens: *Nunc constituimus te hodie sum-*
mmum sacerdotem gentis tue; ut amicus voceris
Regis: v. 20. Hac gloria usus est Jona-
thas in festo Tabernaculorum seq. mense
Septembr. uti dicemus die, 15. n. 7. Tunc
ulus, quoniam in templo prius non potuit,
etià haberet à fratris morte dignitatem; quo-
niam à desertoribus religionis ferè occupa-
ta civitas potentia prædij in arce Sion. Ibid.
à v. 15. & Genebr. Ann. 3644. Serar. Sanctius
& Lyran. ex Joseph. d. cap. 5. Tunc ut feli-
cem ex cuiusvis fortuna exitum haberet,
contrahens exercitum, copiosum numerum
fabricavit armorum. Ibid. v. 21.

Ab Ale-
xandro Ba-
la.

7. Duos jam hostes validos & in pro-
cinctu habebat Demetrius Soter. Scivit Jo-
natham valdè honoratum ab emulo Ale-
xandro; & quasi nesciret, Jonathæ rescrip-
sit, ut ejus gratiam iniret; concedendo sin-
gularia privilegia genti Judæorum, quæ re-
feruntur ibid. à v. 25. Collatis litteris, non
crediderunt Demetrio, quia quòd majora
pollicebatur, minorem fidem merebantur
promissâ: maximè tot vexationibus ex ma-
litiâ per Bacchidem exantlatis. Unde cum
suis Jonathas Alexandri factioni se appli-
cuit, subsidiumque tulit, quoties votis op-
portunus.

Majora à
Sotere sed
non credi-
ta.

8. Nobis arridet in certamine, quo
victus Demetrius, cum valida manu ad-
stitisse Jonatham, fuisseque tantæ victo-
riæ participem. Demetrius (infit Justinus, d.)
primo pralio hostem fugavit, & Regibus bel-
lum resistentibus, multa millia in acie ceci-
dit: ad postremum tamen invicto animo inter
consertissimos fortissimè dimicans, cecidit. Ap-
pian. quòd supr. non ibi mortuum, asserit,
sed in exilio. Joseph. d. cap. 5. subdit: *De-*
metrius fortiter decertans, alios hostium oc-
cidit.

Jonathas
auxiliatur
Alexandro.